

Confessio, quae Dei beneficio in Ecclesijs Reformatis hactenus
sonat; illata in urbem vestram ab immortali memoria
Heroci Danieli à Buren, et ex eo fortiter constantemq;
per mille pericula defensa ac benedicente Domino feliciter
servata. Quod ne in tristi hac temporum perturbatione
ac rerum concussione, non dicam, intercidat, sed quoquo
modo taminetur ac obscuratur, ad verò A. T. nunc Praesey
Senatus et coeteri, qui ad clavum sedent, Reipubl. proceres
eodem zelo heroico ferventes, tanquam custodes utriusq;
tabulae, nutritii Ecclesiae, ac domus Domini vindices,
curabunt ac praestabunt per gratiam ipsius. Eundem
oro toto pectore, ut A. T. spiritu gratia sua confirmet,
spiritu prudentia regat, spiritu potentia tueatur usq;
ad extremum, omniaq; eius consilia Ecclesiae ac schola
nec non utriusq; hospitio dulcissimo toti Reipubl. salutaria
esse velit. Me vero atq; etiam Reverendum D. Canevinum
virum piem, doctum, et veritatis iuxta et pacis amantem
A. T. benevolentia reverenter commendo. Groningae
3. Julend. Aprilis. Anno ultimae patientiae sanctorum
M. DC. XXXVIII.

Inscriptio.

A. T. observantissimus cultor
Henricus Alting.

Magnifico, Anglissimo, Dignitate, pru-
dentia et authoritate praestantissimo
D. D. Johanni Havemann, inclite Reipubl.
Bremensij Consuli Praesidi, Domino ac
Patrono reverenter colendo Bremen.

267.

Caro Magnifico Havemannio Christophoro Uhtemanny S. L.
Magnifice Domine Consul, Patrone honorande, vehemen-
ter sane doleo, Ecclesiam patriam meam, quae olim ortho-
doxias fuit observantissima à quibusdam novaturien-
sibus ad nova opinionum portenta, non sine magno totius
religionis reformatae periculo et scandalo abduci. Quinam
Amsterdamensis Synedrii nomine, ad Clar. Altingium
ea de re scriptum sit, quidq; ab illo et me requiratur,
mihi sane neq; animus neq; otium fuit Cocii Synagoga
vel Willii commentarios in Prophetas aliquot minores
primis Reverendo sene Tomaro intellexi, eos doctrinam
Ecclesiarum

360

Ecclesiarum nostrarum odiosè traducere, Doctores nostros et Calvinum imprimis magno studio exagitare, verba ejus quæ dextrè secundum Scripturam accipi possint, sinistrè calumniari, ad syncretismum omnium religionum etiam per remedia periculosa collimare; ea deniq; fundamenta ponere, quib; non tantum Lutheranism; Arminianism; et Pelagianism; sed ipse etiam Socinianism; satis commode superstrui possint, cum gratiam universalem statu-ant, et fide tanquam obedientiam hominem justificari asserant, quod Socinianismum redolet. Unum eorum dogma et risum mihi movit et stomachum, quod nescio cujus deliramenta secuti, septem Ecclesias Asiaticas, ad quas in Apocalypsi Dominus noster epistolas suas scripsit, sibi nun-quo ad finem usq; mundi puresuras esse, nosq; jam in Sardensi Ecclesia s. cujus nomen ab Hebræo principio vocabulo detorquent. versari negantur, episcopi Ecclesia finem expectant et optant, ut scilicet melior illa et plane argentea Philadelphensis eam terminet atq; excipiat. Quis non miretur, homines ratione et doctrina præditos ei demeritis delabi potuisse, ut tales ineptias non solum ipsi amplectantur et mirifice in eis sibi placeant, sed alii etiam tanquam ex tripode profectas magno conatu obtrudant, eosq; qui mysteria ejusmodi vel non capiunt, vel non estimant, pro bardis et stigidis habeant? Quis hinc non observet Satana versuti- am, qui loco solida doctrina vanitates ejusmodi homi- nib; propinat? Ego certè, etsi divina ita disponente providentia extra patriam vivo, patriam tamen Eccle- siam amo, eamq; vacillare et periclitari ~~idem~~ doleo. Utinam remedia, quib; malo gylcenti occurrere possit, sup- peditare valeam! imprimis Magistratus interveniat auctoritas, ne novitates suas in Ecclesias et scholas in- vehant, ne à verbo Dei, à solida doctrina, à recepta Bremensis Ecclesie confessione, à canonibus synodi Dordracens, quos Bremenses etiam sua subscriptione confirmaverunt, discedant: ne liceat eis in cathedris suis Ecclesie reformatæ Doctores et insignia lumina exagitare: Ministri verbi sedulo vigilent et videant, ne causam et salutem Ecclesie turpi silentio prodant. Certè à nonnullis, qui mihi non ignoti, et quos in ortho- doxa sententia satis fundatos iudico, majorem zelum in

cavendis novitatibus non immeriti requiro. Necessarium etiam
fuerit, ut nova illa dogmata ex syntagmate Crociani et
Commentariis Williamis extrahantur et Professoribus Theologiae
in Academia, et Ecclesiarum Pastoribus, earumque Synodis in
his Belgii provinciis censenda subjiciantur, an ea talia
sint, ut absque periculo veritatis et religionis ferri ac tole-
rari possint. utque hujus rei initium fiat, a Professoribus
Theologiae in Academia Lugdunensi, qui de libro ipse dedi-
cato iudicium suum denegare non possunt debent. Etsi autem
non dubito, quin alii doctrina et usu rerum majori pre-
diti rectius hanc in parte iudicare et conspiciere possint;
tamen pro meo in patriam Ecclesiam amore, et in te,
vir Magnifice, veneratione hoc quaecumque meum con-
siliam in tuum veluto sinum exponere, volui, teque
rogare, ut auctoritatem tuam, quam tanquam Consul
senior potes, orthodoxe sententiae, quam et praedicare in-
telligis et constanter retines, impendere ne graveris,
eaque in re sacerum quondam tuum In. Danielem Bure-
niam laudatissime memoris imiteris. Salutatio tuo
nomine, grata mihi fuit, inde enim intelligo, te me
etiamnum gratam conservare memoriam. Deum
rogo, ut senectutis molestias tibi minuat, teque sua
Ecclesia et Reipubl. quam diutissime, servet incolumem.

Dabam Groningae Frisiorum die 28. Martij 1638.
P.S. Literis his, quas M.T. liberiori
stilo exaravi pro discretionem tua
prudenter uteris, ne mea ingenitas
et libertas mihi fraudi sit.

Inscriptis.
Magnifico, Amplissimo, Prudentissimo viro
In. Johanni Havemannno, inclite Bremensium
Reipubl. Consuli Seniori et p.t. Praesidi, Anno
honorando Bremari.

Exaravit Henricus Thomeus Henricus Alary f. l.